



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCII.

Parisiis, 1644

LXXIV. De poenitentium lege.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

LXIX.

Simili sententiæ subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum qui viduam aut repudiatam vxorem habuit, aut secundam.

LXX.

14. qu. 3.
Clericus
hæreticorū.

Clericus hæreticorum & schismaticorum tam conuiuia, quam sodalitates euitet æqualiter.

LXXI.

Conuenticula hæreticorum non ecclesia, sed Conciliabula appellantur.

LXXII.

Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum.

LXXIII.

11. q. 3. Qui
communi-
cauerit.

Qui communicauerit, vel orauerit cum excommunicato, siue clericus, siue laicus, excommunicetur.

LXXIV.

26. qu. 7.
Sacerdos
pœnitentiam.

Vt sacerdos pœnitentiam imploranti, absque personæ acceptione, pœnitentiæ leges iniungat.

LXXV.

Vt negligentiores pœnitentes tardius recipiantur.

LXXVI.

26. qu. 6. Is
qui in infirmitate.

Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia. Si super-